

M. Hak
eclipses annē
1538

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

Kl, 96603
4°

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
130017586387

UB-6045

Stålskab

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

Matthias Flak.

om ham ventelig Wending og Thura

conf. Schumacher 1. 61.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

ECLIPSES ANNI MDXXXVIII. PER MATthiam Hacum Danum, breui carmine redditæ.

Mille & quingentos (tria bis luſtra addito) ſeptem
Soles, poſt partus tempora uirgo tui,
Defectus referet Phœbi ſoror infima binos,
Quos tamen haud magnos corporis umbra dabit.



Tertia poſt decimam lux Maĳ lapſa ſub undas
Poſtquam eſt, priuetur lumine Luna ſuo.
Vmbra ſed hæc tacitæ medium poſt noctis inibit
Gratus ubi retinet corpora feſſa ſopor.
Et quando incipiet tenebroſo emergere cœlo,
Angulus à triplici cuſpide nomen habens,
Tunc iter eſt Phœbo geminum per limina fratrum,
Quo terris maior ſit propiore calor.
Aſt agit Aemonios contra ſua plauſtra per arcus
Binos abſoluens Cynthia diua gradus.

KJØBENHAVNS UNIVERSITETS BIBLIOTHEK

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)



IMbre autem nono dicto de more Nouembri,
Qui noua iam clauſſa frigora ſpargit humo,
Cum ſexta emergens nitidis aurora quadrigis
Rurſus ab aduerſa ueſpere parte cadit.
Et quando hoſpitio fulgentem lampada Thetis
Excipit, ut claro lumine luſtret aquas.
Ima iacens alias inducet terra tenebras,
Quæ cerni medians lumina tota uetet.
Tunc Sol approperat fini quo Scorpius exit,
Vicenos binos quo ſuperante gradus.
Bis denis uero gradibus terniſq; peractis,
Lunares Tauri ſigna tenetis equi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

SIgna iſthæc miſeris uenturi nuncia fati
Ferre ſolent peſtes, horrida bella, famem.
Interdum bona ſunt, & mitia tempora præbent,
Verum rara, ſolet, quod nocet, eſſe frequens.
Clades excludant utinam cædesq́ cruentas
Turcæ, qui penitus nos abolere parat.
Vrbes undanti perituraq́ flumine rura
Forte & portendant, prataq́ ſpesq́ gregum.
Crudeli hinc ueniant ex hoſte incendia paſſim,
Hinc regum, hinc adſint, ultima fata ducum.
Sentiet hinc caſus & triſtia damna, ruetq́
Res inteſtinis publica diſſidijs.
Quid ſi doctrinæ cœleſti aduerſa minentur,
Quæ maior miſeris eſſe ruina queat?
Hæc in mortales iuſti eſt uindicta tonantis,
Quem lædunt uarijs crimina noſtra modis.
Nec uanum eſt etiam, diuina quod ore locuta eſt
Maieſtas olim, dogmate teſte ſacro.
Tempora portentis ruituri talibus orbis
Signari, extremum nec procul eſſe diem.
Cum nati facies hominis fulgebit ab oris
Eois, lucens Heſperijsq́ ſimul.
Huc pura inſtructos ſaluator mente parari
Admonet, & precibus nos uigilare pijs.
Horrendas igitur diuini numinis iras
Auerte, & natis ah pie parce pater.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

Atq; tuo coram fac nos conſiſtere uultu,
Cum præſente aderit iudice ſumma dies.
In te nos grauiter, ſæpe & peccaſſe fatemur,
In ſcelus hæc uita, ut turbine uicta, ruit.
Culpa grauis noſtra eſt, longe eſt tua gratia maior,
Et pietas, mala quæ tollere noſtra ualet.
Non ſecus ingentis uelox ac fluminis unda
Eiecta abſorpſit granula parua manu.
Nec ſolum hoc potis es, ſed præſtare & cupis & uis
Poſcenti fido corde benigne Deus.
Vnice Chriſte igitur nobis mediator adeſto,
Promiſſum eſt cuius nomine cuncta dari.
Accede & ſumma plenum pietate parentem
Noſtri ſuſcipiens mite patrocinium.
Irata ut regnet pro mente paterna uoluntas,
Delicta ignoſcat, nec meminiſſe uelit.
Sic tibi ſic patri nos iunge patrone precamur,
Sit quibus æternum gloria laus & honor.
Amen.

Norimbergæ apud Io. Petreium an
no 1537. Menſe Nouembri.

KØBENHAVNS UNIVERSITETS BIBLIOTHEK.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

J. Haldorsen (: Bjørn :) en Islænder. Blev 1723 Rector i Holum. 1728. Herreds=dommer i Hunnevad Syssel, og kort efter Klosterholder i Tingöere Kloster. D: 1772. (: Hans Levnet er beskrevet af Halder Jacobsen :)

De Centenario argenti — hvoraf er et Udtog aftrykt ved Enden af Kristnisaga. 1773.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Kl. 96603 4° (LN 79)